





VIRO  
 PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO  
 ET DOCTISSIMO,  
**SALOMONI**  
**HENTSCHELIO,**  
 AMPLISSIMAM  
 COLLEGAE III.  
 IN  
 ILLVSTRI GYMNASIO PORTENSI  
 DIGNITATEM  
 HOC,  
**QVALICVNQVE CARMINE,**  
 INTERPRETE  
**IAC. HENR. PHIL. CAROLO**  
 L. B. à SCHELL.  
 LAETI  
 GRATVLABANTVR  
 DEVINCTISSIMI EIVS COMMENSALES  
 EXTRANEI  
**ADAMVS FRID. DE LINDENAV.**  
**ADAMVS GOEHRINGIVS.**  
**FRID. Gottlob DE WINCKLER.**

---

NVMBVRGI,  
Typis BALTHASAR. BOSSOEGELLI, privil. Typogr.



HEINTSCHELI.  
AMPLISSIMA  
 Loria Pieriae gentis! cui pronus Apollo  
Non exoratas sponte ministrat aquas;  
Simerear sacras hederaintererpere lauros,  
Ingenii munus deterioris habe.  
Et pudet, et fateor (vates ignosce loquenti)  
Heu! nimium tardas in mea vota Deas!  
Ah! quoties volui resonas impellere chordas  
Pollice, conantem destituere manus.  
Haesit vena, negans vegetos ad carmina succos,  
Nec licuit dignis nectere verba modis.  
Sed quamuis habeam contraria Numina Pindi,  
Siccum nec venam castalis unda riget:  
Vel tamen intuitis tentabo carmina Musis,  
Mens pia, pro Musa est, venaque noster amor.  
Non autem rauci leuitate mouebere cantus;  
Vota damus: votis, Vir Venerande, faue;  
Quae licet aduersis doleam concepta Camoenis:  
Attamen, ex animo fausta precante, fluunt.  
Viderat ingentes Patareus Apollo labores,  
Artibus impensos, quas Deus ipse colit;  
Viderat et posci maiora laboribus illis  
Praemia, victrices implicitura comas.

Non equidem virtus superaddita nomina poscit,  
Et titulis surgit altior ipsa suis.  
Sponte sua comitatur honos; plus contulit illa,  
Cuiusquam arbitrium quam tribuisse potest:  
Haud unquam decreta tamen sibi præmia spernit:  
Quae data sunt meritis splendida dona capit.  
Hinc titulis adsuesce nouis, Vir maxime, virtus  
Quos dudum meruit, Rex meritisque dedit.  
Sicque animo laeto viduatam scande cathedram,  
Quam pulera o cupidis auribus inde dabis!  
Nam Tua Castaliae limarunt pectora Musae,  
Et Charis unanimes confociata manus.  
Nempe Aganippeas bibisti largius undas,  
Hippocreneis exsatiatus aquis.  
Laetitia Nestoreis destillat copia labris,  
Melliloquo Hyblaeus rorat ab ore liquor.  
Omnia Cecropiae, quae sunt secreta, senectae,  
Altius ingenium condidit illa Tuum.  
Siue Cleantheae quicquid sonuere cathedralae,  
Seu vox in Samia Pythagorea domo,  
Seu Latium doctis quodcumque eduxit in aruis,  
Seu Pandionio terra Pelasga solo.  
Cuncta haec, cuncta Tua custodis mente reposta;  
Lingua o quam doctas hinc Tua promet opes!  
Testor victuros per saecula multa labores;  
Testor, docta manus quos poliit iuuenes.  
Sic Tua felici florescit adorea fructu;  
Sic Te Pegaseis gloria tollet equis.  
Tempora sic currant Tibi longae prospera vitae,  
Possis Nestoreas ut superare dies.  
Viue memor nostri; nostrae inscribetur arenae,  
Contulit ingenium quae benefacta Tuum.  
Aet Tu, Porta, Tuum semper venerare Magistrum,  
Qui Tibi tanta feret commoda, quanta tulit.

**A** N ego solus tacitura seruum  
Ora, dum lactis fremit omnis  
aether  
Plausibus, Portae resonantque multo  
Carmine tecta?  
Heu! pudet tanti sceleris, fugitque  
Labe tam turpi pietas notari,  
Quippe, quae maulti Tibi dona ferre,  
Vilia quamvis,  
Nulla quam dando, Tibi displicere,  
Care Maecenas, decus o refulgens,  
Cui satis nullo poterunt referri  
Tempore grates.  
Musa, quid cessas? ades' huc, precamur,  
Rumpe et ignauos subito sopores,  
Atque, defesis oculis, molestum  
Excute somnum.  
Nunc iuuat rufus crepuscule muto  
Barbito, et laetos modulos ciere.  
**I**, meo, pulcrum violis, Patrono  
Necte coronam.  
I, nouos felix capiat, precare,  
Ecce! iam dudum meritos honores,  
Et diu viuat, numeretque longos  
Neftoris annos.  
Hic placet cultus, studiumque solum,  
Nam veror, magnas celebrare laudes,  
Nec Tibi fuso temerata vano  
Verba probantur.  
Euge! sic nostros, humilesque plausus  
Relpice, et votum Tibi dedicandum:  
Floreas semper, superosque docto  
Vertice tangas.  
Numen insignes beat actiones,  
Atque felices iubeat labores,  
Ultimae vt fructus capias senectas,  
Taedia nunquam.

Haec, qualiacunque futuri, summa obseruantiae  
ergo, adiuvare volitis, debitusque

**Augustus Antonius Medicke,**

Jutx. Sax.

78 M 496

ULB Halle  
001 618 148



3

TA -> 0L

K018

b7



*VIRO*

PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO  
ET DOCTISSIMO,

# SALOMONI HENTSCHELIO,

AMPLISSIMUM

III.

ILLVSTRE ORTENSI

QVAARMINIE,

IACCAROLO

DEVINCTMMENSALES

ADIDENAV.

ADGIVI.

FRIKLER.

Type

Farbkarte #13

